




PALAEASTRA LATINA

S U M M A R I U M

- DE POESI VERGILIANA: (J. Leache).
MARTYRIUM P. F. CRUSATS: (J. Matteocci).
GRAMATICALIA: (E. Jové).
CLARETIANAE DISPUTATIONES: (D. García).
NOVA ET VETERA: Navigium: (I. González).
CONLOQUIA IN SCHOLA.
EXERCITATIONES SCHOLARES.
PER ORBEM.
RESPONSORIUM.
BIBLIOGRAPHIA: (E. Jové).
In operculis: Ludite in PALAEASTRA, pueri!



Ludite in PALAESTRA, pueri!

Montserrat

Montserrat (1) ha estat en tot temps muntanya religiosa. (2) Cal donar (3) una mirada enrera (4) a les més antigues tradicions, procurant esclarir, a favor d'elles, (5) allò que tot just (6) hom (7) pot albirar (8) en els horitzons més llunyans de la història, (9) per a arribar a aquesta conclusió que té (10) les condicions gairebé (11) d'absoluta i incontestable. (12) «Montserrat ha estat en tot temps un altar» Per aquest si tan sublim (13) el va crear Déu i el va fer lloc de tantes i tan (estranyes) meravelles de naturalesa i gràcia (14) com li han donat (15) renom universal. (16)

(1) Monsserratus; (2) sacer; (3) licet; (4) repertere; (5) ab eis; (6) tantum; (7) quis; (8) prospiciat; (9) in remotissimis hisioriae finibus; (10) gaudet; (11) paene; (12) prorsus inconcussis; (13) excelsus; (14) ab natura et gratia; (15) comparare; (16) fama per orbem.

El Tesoro escondido

Conociendo (1) un rico labrador que se (2) acercaba la hora de su muerte, llamó a sus hijos a la cabecera de su cama (3) y les dijo: Habéis de saber (4) que todo mi tesoro lo tengo escondido en la viña; yo no sé el lugar donde (5) lo coloqué, así que (6) si queréis repartiroslo (7) allí lo habéis de buscar, y no dudo que lo encontraréis.

Apenas (8) hubo muerto el padre, los hijos fueron presurosos en busca (9) del tesoro. Cavaron la viña y no dejaron palmo de tierra por remover, (10) mas todo en vano, (11) pues no consiguieron dar (12) con el ansiado tesoro.

Más tarde uno de los hermanos dijo: No nos engañó (nuestro) padre al decirnos (13) que en la viña tenía encerrado su tesoro, pues bien a las claras lo indi-

ca (14) la rica cosecha que gracias al trabajo (15) hemos obtenido.

El tesoro, pues, de que nos habló nuestro padre era sin duda *el trabajo*.

(1) Animadvertere. (2) se ad horam mortis accedere. (3) ad lectum apud se. (4) hoc habete. (5) nescio quo loco. (6) ideoque. (7) distribuere. (8) simul atque. (9) exquirere, aucupari. (10) neque ullam terrae partem non subverterunt. (11) at frustra omnino. (12) non offenderunt in ... (13) adserere. (14) liquido patet ex... (15) laboris causa o gratia.

La Lengua española

Que las principales (1) lenguas europeas hayan llegado a perfeccionarse tanto (2) que gloriosamente (3) compitan (4) con los antiguos idiomas Latino y Griego, cosa es (5) de que debemos regocijarnos mucho, (6) pues logramos vivir en tan eruditó siglo. (7) Pero que la lengua española majestuosa entre todas las que hoy se hablan (8) como la más semejante (9) a su nobilísima madre, la latina, haya degenerado tanto (10) que, desconocida ya su natural grandeza, (11) viva tan poco favorecida (12) aun de los ingenios propios, cosa es sensible, cosa por cierto lastimosa.. (13) No acabo de admirar (14) que una Nación tan gloriosa sufra que otras la excedan en el adorno y cultura de sus lenguas, siendo estas los principales instrumentos de la sociedad humana y pruebas (15) incontestables (de estar) la razón más o menos ilustrada. (16)

(1) Praestantiores, (2) eo perfectionis advenisse, (3) praeclare, (4) certare, (5) id quidem, (6) maximo est nbris opere concelebrandum, (7) tanta eruditorum hominum tempestate (8) sunt in usu, (9) ut pote quae. (10) abire in deterius, (11) nativa amplitudo, (12) fokus-a-um, (13) dolendum vero atque lacrimandum, (14) Nunquam satis miser. (15) firmissimum testimonium, (16) mentis plus minus exulta.



MENSTRUUS DE LATINITATE COMMENTARIUS

Premium subnotationis annuae, soluzione antelata, est 6 pessetarum in Hispania, 7 in America, 8 in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem: CERVERA (Lérida) - Universidad - España.

DE POESI VERGILIANA

Cum de Vergiliana poësis pretio dicere instituimus, sciebamus equidem onus arduum nos molestumque suscepisse; difficile enim, ita sane credebamus, ab eorum reprehensiore eripiemur, quibus fortasse contraria ab ea, quam feremus, ad ridebit sententia. Neque inmerito: ars enim existimatoria, si qua alia, illud omnino consequitur «quot homines tot sententiae». Namque pulcris rebus et venustis quamvis inhaereat vis quaedam et claritas quae mente percepta magna animos suavitate ac delectatione perfundit, id vero et ab indole et habitudine mentis mirum in modum pendet. Quam ob rem nostram aliis sententiam inponere renuentes, immo difficillima maturitate et perfectione judicii fortassis destituti, (quae, cum adsunt, optimos in litteris existimatores faciunt), omnem nostram elucubrationem ita disponemus, ut quas in honorem Vergilii, qui in judicando sapientiores fuerunt laudes edidere, eas apte dispositas atque inter se conligatas proferamus, ad inmortalitatem quidem tanti tamque clari viri atque ad omnium PALAESTRAE LATINAE lectorum oblectamentum.

I

Vergilianae litterarum virtutes

Praeclarae sane litterae, quibus Vergilius summis laudibus elatus est ubique terrarum, primo quidem sunt Bucolica seu Eclogae, numero decem, deinde vero Georgica IV. Aeneis tandem in qua postremam vitae consumpsit operam. Ex his vero quaenam vati Romano majorem gloriam pepererint haud facile dicas. Singula enim suas cuique proprias habent virtutes, easque admirandas potius quam imitandas. Annos inter 41-30 a. Chr. n. composuit Eclogas; at vero in eis communis vox est inter criticos Musam Vergilianam aliquantulum infeliciter se gessisse. Eminet tamen nimio fulgore in Ecloga IV, «acer spiritus atque Musae Vergiliana longe praestans impetus». ⁽¹⁾ Georgica, quae ad agri culturam pertinent, quattuor exsolventur libris; quorum in primo de agris, in altero de arboribus colendis egit; in tertio de pecoribus et in quarto de apibus educandis. «Sunt Georgicarum quattuor libri tabulae artis plena; in eis Vergilius Romanus est atque sibi omnino constat»: ⁽²⁾ notatque Bernhardy ⁽³⁾ acutissime, plena rerum experientia atque morum formatione effici poëma humanorum monumentorum exquissitissimum; artificiosam antiquitatis poësin aliud non possidere quod ei conferri valeas et sensuum nobilitate et rythmi harmonia et dicendi suavitate. «Utraque et Bucolica et Georgica plena suavitatis judicii, plena sensus et orationis». ⁽⁴⁾ Aeneis vero, ut communis fert opinio, fecundo atque magnifico praedita argumento unum omnium praeclarissimum extitisset poëma, nisi prius inmatura et dura morte solitus esset vita Vergilius, quam laudato operi extremam dedisset manum. «Cum enim morbo oppressus adventare mortem viderat, petivit oravitque ab amicissimis impense ut Aeneida, quam nondum satis elimavisset, adolerent». ⁽⁵⁾ Ejus forma tanta gratia et linguae lenociniis admirabilis enitet ut carminis in argumento ac textura quaecumque sunt labes dicendi, splendido fulgore obtegantur. ⁽⁶⁾ Atque his velut manu ducimur ut de virtutibus Vergiliana poësis pauca disseramus. Et primo quidem nunquam admiranda satis tum sermo elegans, dilucidus atque apertus, saepissime a Scaligero divinus appellatus; tum versus ample ac magnifice fluentes; tum magna illa sententiarum gravitas et verborum pondera; tum acres imagines grandes atque insignitiae, frequentissimaeque translationes quibus universa scripta tamquam stellis quibusdam aptissime notat atque splendidissime inluminat,

(1) **G. Jünemann**, *Historia de la Literatura*, p. 83, ed. III. – (2) **G. Jünemann**, ibid. – (3) **Apud Weiss**, *Historia Universal*, vol. 3, p. 634, vers. de la 5.^a ed. alemana. – (4) **Cantú**, *Historia Universal*, t. V. c. XXXV, cd. 1847 – (5) **Gellius**, *Noct. Attic.* XVII. 107, ed Teubner. – (6) **Perin**, *Onomast. totius Latinit. Vergilius*.

Aeneidem in primis et Georgica: ornatus praeterea in descriptione rerum; illud denique jucundissimum dicendi genus quo perturbantur animi et concitantur, omnique ratione flectuntur; qua quidem in re longe distant nostri poëtae scripta ab scriptis aliorum poëtarum praestantissimis.⁽¹⁾ Deinde vero id animadvertisendum, quod Vergilius plurimis verbis sive singulis sive continentibus conjunctisque, plurimisque circumlocutionibus, quae antea penitus ignotae vel summis ingenii fuerant, sermonem ditaverit patrium. «Cicero et Vergilius habiti sunt magistri qui ad eximiam quandam perfectionem sermonem Latinum perduxerint, in eis quidem quae et acumen et suavitatem et sonum redoleant.»⁽²⁾

Nec praetermittenda denique est mirabilis illa ingenii celeritas, quam jam optimam ab natura receptam, ita Maro noster arte et studio meliorem reddidit, ut interdum videatur res exprimere sic quasi agantur, non quasi narrentur. Quid enim pulcrius vividiusque fingitur versibus illis in quibus auctor necem Caesaris narrat?

*Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes
Ingens, et simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis, pecudesque locutae,
(Infandum!) sistunt amnes terraeque dehiscunt,
Et maestum in lacrimat templis ebur aeraque sudant.⁽³⁾*

Quid, si illos subjicio per quos Hector Aeneam hortatur relinquere flagrantem Troiam:

*Heu fuge, nate dea, teque his, ait, eripe flammis,
Hostis habet muros, ruit alto a culmine Troja.⁽⁴⁾*

Revoca tandem in mentem divinam illam inferorum picturam:

*Ibant obscuri sola sub nocte per umbras
Perque domos ditis vacuas et inania regna;
Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in silvis, ubi caelum condidit umbra
Juppiter, et rebus nox abstulit atra colorem.⁽⁵⁾*

Fortassis ex dictis inferat quispiam litteras Vergilianas ab labe vel minima esse prorsus immunes. At nihil minus. Quae Horatius de Homero scripserat «quandoque bonus dormitat Homerus»,⁽⁶⁾ eadem de Vergilio dicenda. Interdum enim allegoriis abutitur, aliqua reperiuntur sibi non constantia, languida alia, majestateque carminis heroici parentia. Iterum impletur in hominibus nihil reperiri pulcrum omnino, nihil ab omni parte beatum.

JULIUS LEACHE, C. M. F.

(sequar)

(1) **Monti**, *Prosa y Poesía*, vol. IV. – (2) **J. B. Weiss**, *Ibid.* p. 635. – (3) *Georg. I*, 476-480. – (4) *Aen.* II, 298-299, ed. Teubner. – (5) *Aen.* VI, 268-272, ed. Teubner. – (6) *De arte poética*, v. 359, ed. Teubner.

Martyrium P. Francisci Crusats

(In primo ejusdem Nativitatis Centenario Nonis Jan. celebrato)

*Compedibus quae faeda coērent crura solutis
 Taetram quassantes anguineamque comam
 Ex Crebo effugiant Furiae, et dum limina terrae
 Pergunt, mente agitant multa nefanda truci.
 Jam malis inflatis, concito ab ore superbus
 Erumpit status, cordaque prava tenet.
 Dissidium rixasque serunt pacemque resolvunt,
 Sub pedibus saevis turbida terra fremit.
 Jamque animi exurgunt, seditiosa caterva,
 Jam rabies omni ex parte cruenta subest
 Sanguineum Christo conflictum praeparat hostis
 Cunctosque asseculas clamat «ad arma» suos;
 Dejicantur Christi aedes, ejusque Ministri
 Christiadum gens et caelica scaeptra cadant.
 His rabidis Satanae vecors et perdita turma
 Probris exulans aethera ubique replet,
 Jam praedam fusi per agros colleque requirunt
 Ut longo esuriens tempore dura fera.
 Interea crebrescit fama tremendaque ad aures
 Arrectas omnes undique prompta venit;
 Quam proles perterrita Sanctae Virginis audit
 Et conturbantur limina sacra Domus.
Crussats hic magnae pietatis surgit et alte
 Tollit vociferans haec pia vota Deo:
 «Omnipotens caeli terraeque Supreme Creator,
 Has Tibi quas solvo respice, queso, preces;
 Ob fratrum delicta meorum hanc suscipe vitam,
 Non vero mea sed Mens fiat usque Tuas.
 Christicolam de stirpe potenti Nata virorum,
 Quae generosa tuo pectore corda sedent?!*...
*Jam tua vota Deus caelo exadivit ab alto,
 Jam faucibus sistens increpat hostis edax.
 I, Martyr praeclare, tuumque effunde cruorem
 I, jam sunt caelo munera prompta tibi.
 Hostis adest; en praedam letiferam usque cupitam
 Accipiter frendens denique laetus habet.
 Fraterna restricta manu jam sica coruscat,
 Terribilis stridens jam tua colla petit.
 O sanguis divino destine sanguine fote,
 Tristi pollutum crimine terge solum.
 Tra flagrantis Satanae subcumbe sub icta
 Et caelum placans, victima para jace!*

Jos. Matteocci, C. M. F.

Albani in Italia.

GRAMMATICALIA

De falso potentiali modo vernaculo per indica- tivum latine exprimendo

Quam accurate sectarentur scriptores Latini propriam temporum ac modorum significationem probe sciunt linguaè Latinae periti. Cum autem in re idiomata recentia liberiora evaserint, factum est ut aliquatenus ab Latino usu dissentirent. Oportet igitur ut in commodum eorum qui Ciceronem ceterosque classicos legerint auctores, quidquam animadvertiscas in quod facillime quis erret, si satis cautus non fuerit.

Plura sunt in vernaculis linguis loquendi genera in *modo potentiali* expressa, quorum ratio sine dubio ad modum realem pertinet. Ea autem ab Latinis indicativo fere proferebantur.

En tibi praecipuos hujus rei casus:

I. Cum verbis auxiliaribus: *possum, licet, debo, oportet, decet, convenit, cet.*

Exempla: Languet juventus neque perinde ac *debebat* (debería) in gloriae cupiditate versatur. Sint sane inimicitiae, quae esse non *debebant* (deberían). Perturbationes animorum *poteram* (podría) ego morbos appellare, sed non conveniret ad omnia. Ego tuas litteras, etsi jure *poteram* (podría) a te lacescitus, tamen non proferam. Si quis est talis, quales esse omnes oportebat (convendría). Etsi nihil aliud Sullae nisi consulatum abstulissetis, tamen eo vos contentos esse *oportebat* (convendría). Etsi *poteram* (podría) remanere, tamen, ut scripsi tibi, proficiscar hinc, ne relictus videar. Non me turpitudo terret, etsi maxime *debebat* (debería). *Poterat* (podría) utrumque praeclare fieri, si esset fides. Omnes id quidem facere *debebamus* (deberíamos), semper aliquid de republica aut cogitare aut facere aut dicere. Utrum emeris et quomodo et quanti emeris, verbo transigere *possum* (podría). Attamen et justum *poteras* (podrías) et scribere fortem Scipiadam ut sapiens Lucilius. Hic tamen hac mecum *poteras* (podrías) requiescere nocte fronde super viridi. Si de quincunce remota est uncia, quid superest? *Poteras* (podrías) dixisse. Sed re subcumbere non *oportebat* (no convendría). Oculorum fallacissimo sensu judicant ea quae ratione atque animo videre *debebant* (deberían). Dico necesse esse (que sería) hanc legem valere. Quid hanc miseram et tenuem sectamini praedam quibus jam *licet* (los que podríais) esse fortunatissimis? Quem non *decet* (al que no convendría), hunc ad hoc, quod possit, detrudendum puto. *Decet* (convendría) cariorem esse patriam nobis quam nosmetipsos. Fieri sic *decet* (convendría). Vos his malis mederi *convenit* (sería conveniente). Confestim imperfectum te esse Catilina *convenit* (convendría). De hac re in utramque partem disseri copiose *licet* (se podría). Sexcenta *licet* (se podría) hujusmodi proferri.

2. In locutionibus impersonalibus: *aequum, aptum, incommode, par, facile, longum, meum, tuum, tempus est, cet.*

Exempla: Aequius autem *erat* (sería) id voluntate fieri. Si omnes, ut *erat* (sería) aequum, faverent. De rationibus referendis non *erat* (habría) incommodum te nullas referre. Mehercule mallem, id quod *erat* (sería) aequius, de tuis rebus ex litteris tuis quam saepissime cognoscerem. Etsi enim illud *erat* (sería) aptius, aequum cuique concedere. Nunc Salaribus ornare pulvinar deorum tempus *erat* (sería) dapibus. Tempus *erat* (sería) tandem jam vobiscum nihil pro imperio agere. Atque *erat* (sería) facile negare umquam laetitiam adfici posse insipientem, sed... Te ipsum jam, Torquate, expletum esse hujus miseriis, par *erat* (sería). *Erat* meum (me tocaría) deprecari vacationem adulescentiae veniamque petere; non, inquam, audeo.

3. Cum adverbii paene et prope.

Exempla: Brutum abjectum quantum potui excitavi quem non minus amo quam tu, paene *dixi* (diría), quam te. Etiam quod paene *praeterii* (pasaría por alto) capella quaedam est. Me ipsum, me inquam, quandam paene ille *decepit* (me habría engañado) cum et civis mihi bonus ac firmus amicus et fidelis videretur. Est etiam reliqua permagna auctoritas quam ego turpiter paene *praeterii* (habría pasado por alto). Pons sublicius iter paene hostibus *dedit* (habría dado), ni minus vir fuisset Horatius Cocles. Sic prope *oneratum est* (se habría cargado), ni Volscus pudore metum exbussisset. Prope *oblitus sum* quod maxime fuit scribendum (casi me habría olvidado).

4. a) Cum pronominibus et adverbii indeterminatis: *quisquis, quotquot, quotcumque, quicunque, qualiscunque, quantuscunque, quantuluscumque, ubicunque, undecunque, quando-cunque, quotienscumque, utcunque...*

Exempla: Virtutem qui adeptus erit, ubicunque erit (esté) gentium, a nobis diligetur. Hoc praeceptum cujuscumque est (sea), ad tollendam amicitiam valet. Quiquid id est (sea), timeo Danaos et dona ferentes. Haec qualiacumque *erant* (fueran lo que fueran), reticenda non fuerant. Quoquo modo res se *habet* (sea como sea), culpa vacare mihi non videbis. Quisquis es (seas), hoc *poteras* mecum considere saxo. Hanc ego nunc ignorarum quodcumque pericli es (sea), inquesalutatam relinquo. Quo te cunque lacus miserantem incommoda nostra fonte *tenet* (tenga), quounque solo pulcherrimus *exis* (salgas), semper honore meo, semper celebrabere donis.

b) Cum conjunctione sive - sive.

Exempla: Inopia consuetudo est, contra deos disputandi, sive ex animo id *fit* (se haga), sive simulate. Sive verum est (sea) sive falsum. Veniet tempus mortis et quidem celeriter, sive *retractabis* sive *properabis* (ya te retardes, ya te apresures). Sive casu haec *inciderunt* (hayan sucedido), sive necessitate, bono animo estote. Sive *habes* (tengas) aliquam spem de republica sive *desperas*, vir constans et fortis esse non desines. Non tamen haec legenti venient ingrata, sive in amore rudis, sive peritus *erit* (sea).

5. In his locutionibus: *arbitror, opinor, credo, puto; non putabam, non putaram. non arbitrabar, nunquam putavi; existimavi: exspectavi; malueram; aliter quam optaram.*

Exempla: Evidem *malueram* (hubiera preferido) quod erat susceptum ab illis, silentio transire. Haec tecum coram *malueram*, sed quia longius fiebat, volui per litteras eadem. Tu tamen, quod non *speraram* (habría esperado), audi. Pompeji conmoratio diuturnior erat quam *putaram* (habría pensado). Cet.

EM. JOVÉ, C. M. F.

Claretianae Disputationes ⁽¹⁾

De conditione inmutabilitatis et progressus in metaphysica scientia juxta veterum sententiam.

Cajetanus. Rem a me parum deliberatam et raro nostris temporibus agitatam requiris. Ea tamen dicam quae mihi sunt in promptu: explicata enim in forma apud nos non agebatur hujus modi quaestio, praesertim quod ad evolutionis condicionem in metaphysica attinet; adeo metaphysicum sistema nostris mentibus constans videbatur et perspicuum.

Neoscholasticus. Has quidem vestras recentes miramur virtutes et in principiis fiduciam et in sequelis constantiam: attenuam quaeque jaceant earum fundamenta, cupimus scire.

Cajetanus. Quod malle te intelligo, id puto esse commodius: efficiet enim oratio ut declarata metaphysicae evolutionis natura juxta nostram sententiam, utrique aut consensiui aut disceptationi facilior sternatur via.

Metaphysicae evolutionis condicionem nulla alia ratione aptius explicari nec lucidius declarari posse censeo quam si cum essentiarum notis proprietatibusque continentem instituamus comparationem. Apud nos essentiae (faciamus enim tractando usitatius hoc verbum et contritus) cum aliis multis, tum maxime hisce nobilitantur notis: inmutabilitate, aeternitate, necessitate, indivisibilitate, ita ut omnium rerum quae fiunt jure sibi vindicent speciei exemplariorumque rationem. Nihil in eis liberum, nihil manet indeterminatum: ideoque nulla alia intra metaphysicam evolutio possibilis censenda est quam quae incognitum vertat in notum, obscurum in dilucidum, implicitum in enodatum. Cum vero mens nostra rerum sit quasi fidele speculum in quo earum specimina inprimantur, et notitia hunc ad finem nan-

ciscendum prima, quae discuntur, principia nobis a natura insita fuere et consignata, sic tamen exstructa ut quem ad modum essentiae ita et ipsa prima pronuntiata inmutabilia essent et aeterna, necessaria simul et indivisibilia: necesse enim est ut mens rebus, principia cognoscendi rei principiis, progressus rerum conceptionum evolutioni respondent.

Metaphysica autem scientia cum nihil sit aliud quam totius mundi et causarum ejus in mente quaedam descriptio et quasi animata versio, unum idemque de evolutione et inmutabilitate essentiarum ac de progressu et constantia metaphysicae judicium proferendum puto.

Sed in his rationibus quae obiter consideranti leves fortasse videantur et consectariis vacuae, tot tantique momenti continentur sequelae ut totius metaphysicae et definitiones et partitio-nes propriaeque rerum omnium reddi possint rationes et explicari nulla contentione nulloque labore. Si enim essentiae rerum suapte natura et inmutabiles sint oportet et aeternae, indivisibles, necessariae omniisque ex parte absolute; in ipsis etiam rebus quid proprium reperi necesse est quod et inmutabilitati firmum, aeternitati permanens, artum indivisibilitati, constans necessitatibus praebeat fundamuntum: idque apud Aristotalem *ένσια*, apud nos substantiae nomen accepit.

In Deo substantiae ratio culmen attingit supremum: ipse enim unus omnis ex parte inmutabilis; aeternus, indivisibilis; necessarius, omnium exemplar, omniumque pariter rerum quo referantur, extreum. In Ipso uno tanquam in propria sede aliarum rerum essentiae iisdem decorantur notis: ab Eo autem si recedant, in se ipsae consistendi desiderio ductae de inmutabilitate dejiciun-

(1) Cfr. fasc. 5 pag. 72.

tur divina. necessitatem amittunt et indivisibilitatem illam perfectam, quibus nihil eis accidere adversi, nullumque a fortuna vulnus accipere potuissent.

Primo in statu nullam habebat fortuna potestatem, sed usq; in altero est. Quid enim temporis vicissitudines et motus, quid formarum commutationes, quid actiones, quid et constans relationum ortus et interitus, quid denique rerum conversiones significant nisi fortunam eas non a malis sed a bonis abs traxisse?

Igitur si rerum essentiae nunquam divinum illud et proprium domicilium reliquissent, nulla alia scientia nisi me-

taphysica reperiretur; non naturalis philosophia, non physica, non ulla denique experimentalis disciplina.


Quem ad modum nulla apud Deum evolutio reperiri potest, sic nulla pariter in essentiarum ordine, nulla in substantiis inveniatur: tantae inmutabilitatis speciem humana scientia consequi conatur et nullam aliam omnes scientiae condicionem magis expetunt quam veritates omnes a paucis principiis, iisque immutabilibus, eruere posse et demonstrare.

Dr. David GARCÍA, C. M. F.

Quaestionum metaphysicarum professor.

NOVA ET VETERA

Navigium



Quamquam hodiernis celeritatis omnino destituta modis atque securitatis, remotissimis etiam temporibus maximae utilitatis fuit rerum nauticarum scientia. Auxilio enim exiguarum ratium initio homines aequor arabant, donec genuinae naves usu venirent. Ut nempe Plinius scripsit «nave primus in Graeciam ex Aegypto Danaus advenit; antea ratibus navigabatur». Romani in re quidem nautica Graecis longe inferiores; immo navigationis artem satis neglexerunt. Attamen procedente tempore, quidquam in ea, tum pugnandi cum mercandi gratia, alias inter nationes profecerunt, ut medio a. C. saeculo tertio sibi jam constituta esset classis ad maritima proelia capessenda. Eorum igitur navalia pro usu plus minus grandia et lorbata, velorum ope vel remorum vel ultraque simul ratione per amplissimum mare vehebantur. Naves pro remorum ordinibus dicebantur: icremes, triremes, quadriremes, cet.; ex usu: bellicae, onerariae, piscatoriae, speculatoriae, tabellariae, cet.; ex forma vero diversis no-

minibus veniebant: carabus, celox, corbita, lembus, linter, paro, phaselus, ponto, cet.

Neque vero splendidissima in navigatione et desideratissima emolumenta defuerunt recenti hominis industriae, maria quidem atque montes pollicenti. Saeculo tandem undevicesimo, in hanc rem cum sapientes magna contentione studioque incubuissent, inlustris Robertus Fulton, omnium quidem admirationem excitans, primus ad aquas pyroscapham deduxit. Is enim propositi tenax cum in studio nunquam cessasset, rationem applicandi navigiis tractoriam vaporis virtutem invenit, quo quidem invento facem navigantibus prae-tulit, ut ad consequentes inventiones intenderent. Nonnullas scilicet navigio rudes adcommodavit antiquarum instar tonsarum, quae vi aquarii vaporis actae, continenter atque ad regulam inmergebantur aquae. Haec vero navium trahendarum ratio citius facilior adhuc evasit ex inventione helicis marinae, quae in terebrae modum aquae se torquens, navibus trahendis commodissime inservit. Ut nunc est, in potentiarum navalibus exstruuntur naves inmanis quidem magnitudinis, quibus omnino vel minima et temporis et spatii intervalla aestimantur. Innumeri fere usus navigiorum atque formae. Quae omnia ad mutuum commercium propriumque orarum praesidium reduci valent. Quod ad lexicum navigantium, verborum insolentia quemlibet desigat, ut illud exhaudire sit profecto undas numerare. Nonnulla tibi, ut meus est mos, communiora verba proponam.

Vocabularium

1	Bandera	<i>signum, vexillum</i>	12	Cable	<i>rudens</i>
2	Popa	<i>puppis</i>	13	Mástil	<i>malus</i>
3	Timón	<i>gubernaculum, clavus</i>	14	Escotilla	<i>valvae-arum</i>
4	Quilla	<i>carina</i>	15	Puente	<i>pons</i>
5	Casco	<i>alveus</i>	16	Chimenea	<i>caminus</i>
6	Ancila	<i>ancora</i>	17	Salvavidas	<i>prosumia</i>
7	Arganeo	* <i>arganum</i>	18	Camarote	<i>cellula</i>
8	Proa	<i>prora</i>	19	Galería	<i>pergula</i>
9	Porta	<i>porta</i>	20	Cofa	<i>carchesium</i>
10	Cubierta	<i>stega, fori-orum</i>	21	Antena	<i>antemna</i>
11	Jarcias	<i>habena</i>			

Res nauticae

Acorazado	+ <i>loricata (navis)</i>	Grumete	<i>mesonauta</i>
Amarra	<i>retinaculum</i>	Hélice	<i>helix</i>
Astillero	<i>navalia-iūm</i>	Lastre	<i>saburra</i>
Bita	<i>sucula</i>	Marinero	<i>nauta, classiarius</i>
Bitácora	* <i>nauticarium</i>	Mastelero	<i>sudis, pertica</i>
Boya	+ <i>specula, praetentura</i>	Muelle	<i>crepido</i>
Brújula	+ <i>nautica (acus)</i>	Pasajero	<i>vector</i>
Capitán	<i>navarchus</i>	Patrón	<i>naviculator</i>
Cargamento	<i>sarcina, embola</i>	Piloto	<i>gubernator</i>
Escálamo	<i>scalmus</i>	Puerto	<i>portus</i>
Espolón	<i>rostrum</i>	Remo	<i>remus, tonsa</i>
Flete	<i>naulum, stolus</i>	Sonda	<i>bolis-idos</i>
Flota	<i>classis</i>	Tonelada	+ <i>centipondium</i>
Gallardete	<i>aplustria</i>	Trinquete	<i>dolon, artemo</i>
Gavia	<i>acatum</i>	Vapor	* <i>pyroscapha</i>
Grúa	+ <i>tolleno</i>	Vela	<i>velum, carbassum</i>

I. GONZÁLEZ, C. M. F.

Conloquia in schola

Lectionis probatio

Personae: FABIUS et SECUNDUS,
Postea PRAECEPTOR.

- F. — *Quid rei est. Secunde? quare haesitas aut cur metuis?*
- S. — *Quidni metuam? Quae memoriter prounianda injunxit Praeceptor, nondum teneo recte.*
- F. — *At, si te forte nominaverit et lectionem poposcerit, quid acturus?*
- S. — *Fortasse probabilem aliquam excusationem adducam..., si vero excusationem repudiaverit...*
- F. — *Quid tunc?..., at sermonem comprimamus; Praeceptor adest.*
- P. — (Scholam ingrediens solitas preces recitat) *Sedete omnes. (Semel atque iterum circumspetat. Post breve intervallum) Heus, Secunde!*
- S. — *Adsum.*
- P. — *Tradidistin memoriae quod hesterna die Horatianum fragmentum explicavi?*
- S. — (Apud se) *Actum est de me! (Ad Praeceptorem timide) Utique tradidi.*
- P. — *Videamus ergo. Complica librum, et incipe.*
- S. — «*Non ebur neque aureum... renidet... mea renidet in domo lacunar.*»
- P. — *Cursius, cursius recita.*
- S. — *Sat cito, si sat bene, ut tu dictitas.*
- P. — *Verum tu, credo, nec cito nec bene. Perge dicere.*
- S. — «*Non trabes Hymettiae premunt.... premunt»*
- P. — «*Columnas ultima recisas Africa. Prosequere.*
- S. — «...at fides et ingenii benigna...»
- P. — *Multa praeteris. Ordire lectionem ab integro.*
- S. — (Clam aperit librum et inspicit)
- P. — *Age! hoc domi factum oportuit.*
- S. — *Revera domi lectionem apprime memoria tenebam.*
- P. — *Esto; at nunc sere nihil respondisti.*
- S. — *Nunc apud me non sum, nec mihi subcurrunt verba.*
- P. — *Fabula! Quantum temporis lectioni tribuisti?*
- S. — *Dimidiam fere horam.*
- P. — *Ah! callide et versipellis! Tibi ut credam?*

Tomando la lección

Personajes: FABIO, SEGUNDO y el PROFESOR.

- F. — ¿Qué te pasa, Segundo? ¿Por qué estás turbado? ¿Por qué tienes miedo?
- S. — ¡No he de tener miedo! Todavía no sé la lección de memoria que nos ha puesto el Profesor.
- F. — Y si te llama el Profesor y te pide la lección ¿qué harás?
- S. — Quizá daré alguna excusa... pero si rechaza la excusa...
- F. — Entonces ¿qué?... pero callemos; llega el Profesor.
- P. — (Al entrar en la escuela reza las oraciones de costumbre.) Sentaos todos. (Los mira a todos una y otra vez. Luego dice.) Ea, Segundo!
- S. — Presente.
- P. — ¿Te has aprendido de memoria el fragmento de Horacio que ayer expliqué?
- S. — (Aparte.) Estoy perdido. (Timidamente al Profesor.) Sí, Señor.
- P. — Vamos a ver. Cierra el libro y empieza.
- S. — «Non ebur neque aureum... renidet... mea renidet in domo lacunar.»
- P. — Más corrido, más corrido.
- S. — *Sat cito si sat bene, como V. suele decir.*
- P. — Pero tú, ni aprisa, ni bien. Continúa.
- S. — «Non trabes Hymettiae premunt.... premunt.»
- P. — «Columnas ultima recisas Africa» — Sigue.
- S. — «...at fides et ingenii benigna...»
- P. — Te dejas mucho. Empieza desde el principio.
- S. — (Abre el libro a escondidas, y lo mira)
- P. — Segundo, eso lo debías haber hecho en casa.
- S. — Le aseguro que en casa me la sabía muy bien.
- P. — Bien, pero ahora casi no has respondido nada.
- S. — Ahora estoy turbado, y no me vienen las palabras.
- P. — ¡Excusas! ¿Cuánto tiempo has dedicado a la lección?
- S. — Casi media hora.
- P. — ¡Ah, tunante! ¿Quién te va a creer?

S.—*Nimium fuit longa et nequiri totam ediscere.*

P.—*Hic ego te mendacem nori. Ergo aperte lectionem domi tenebas? Poenas dabis. I sessum. Et tu, bone Fabi, percepistin memoria fragmentum?*

F.—*Adcurate percepī.*

P.—*Experimentum capiamus. Ordinaris licet.*

F.—

*«Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar
Non trabes Hymettiae
Premunt columnas ultima recisas
Africa; neque Itali
Ignotus heres regiam occupavi:
Nec laconicas mihi
Trahunt honestae purpuras clientae.
At fides et ingeni
Benigna vena est: pauperemque dives
Me petit: nihil supra
Deos laccesso: nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis contentus unicis Sabinis».*

P.—*Ad quoddam metri sistema pertinet quod recitasti fragmentum?*

F.—*Ad hippoacteum sive trochaicum, quod dimetro trocaico puro et jambico senario, utroque catalepto constat.*

P.—*Fac videam.*

F.—*In tabella breviter perscribam.*

S.—*Era demasiado larga y no la pude aprender toda.*

P.—*En esto conozco que mientes. ¿Con que en casa te sabías muy bien la lección? Serás castigado. Siéntate. Y tu, Fabio, ¿te aprendiste el trozo de memoria?*

F.—*Sí. Señor; con todo esmero.*

P.—*Veámoslo. Puedes empezar.*

*Non e būr ne que aūre ām
Meā renī det in domō lacū nār. (1)*

P.—*Pulchrel praemium mereris, optime Fabi. Et nunc favete linguis: Fabium vestrum imitamini, in studium omnes certatim et totis animi viribus incumbite, oratores et poetas evolvite et memoriae commendate; et quamvis ut poeta cecinit:*

*«Non jacet in molli veneranda scientia lecto,
Ipsa sed assiduo parta labore venit,»
numquam tamen animo excidant vestro
hi Seneca versiculi:*

*«Quae fuit durum pati
Meminisse dulce est.»*

P.—*Bien, mereces un premio. Y ahora escuchad; imitad a vuestro compañero Fabio, dedicaos al estudio todos a porfia y con todas vuestras fuerzas, leed a oradores y poetas y aprendedlos de memoria aunque como dijo el poeta:*

*no olvidéis nunca estos versos de
Séneca:*

Episcopi Italiae atque exterarum gentium rem Dioecesis suis utilissimam, Nobisque pergratam acturi sunt, si quos habent Clericos heic disciplinis sacris imbuendos, eorum aliquem prae ceteris ad Latinitatis studia propensum, scholam propediem apri rendam (jam apertam) frequentare jusserint. (Pius Papa XI. Motu Proprio «Litterarum Latinarum» oct. 1924.)

(1) Ex typorum defectu tantum notantur partes longae.

EXERCITATIONES SCHOLARES

Censorinus Palaestritis suis

Populus Romanus utilium sagax rerum (práctico) omnia ut sunt in natura ita plerumque ea contemplabatur, neque in abstractis noverat inmorari. Igitur eorum locutio non mentis speciebus, sed rebus potius concretis respondebat. Hinc illa vocabulorum selectio quae res proferunt sensibus magis obvias; hinc illa in temporibus ac modis verborum exprimendis, in comparationum gradibus, in numeris, in casibus fidelitas et adcuratio. Quae quidem omnia qui ignoraverit utpote nostris cogitandi rationibus satis aliena, Latinorum lingua fortasse loquetur, latine omnino non loquetur. Post perspicuitatem et numerum in oratione quaeramus etiam proprietatem quae a Fabio Quintiliano definitur: conjunctio verborum arta et apta cum rebus ipsis quas significant.

Regula III. *Proprietas in oratione.* a) Ea quae nos in lingua vernacula verbis abstractis exprimimus, concretis verbis exprimere studeamus: *post urbem captam, fundatam, non post captionem, fundationem: Cicerone consule, potius quam in Ciceronis consulatu; prudentis est, non hoc postulat prudentia; alicui hortanti parere potius quam alicujus consilia sequi; verum dicere, non veritatem dicere; clamor admirantium, non clamor admirationis.*

Ludovicus XIV et aulicus (II). Quondam Ludovicus XIV unum de aulicis suis interrogavit: Scisne hispane? — Minime, inquit, Domine; sed id consequar. Multum et diligenter incubuit in hoc idioma ediscendum, eo quod cogitaret regis consilium esse in Hispaniae regia se legatum renuntiare. Paulo post coram rege stetit: Domine, inquit; nunc Hispanum sermonem jam calleo. At rex illi: rectissime et tibi gratulor quandoquidem ita Quijotum in originali legere potes.

Anastasius VICENTE, C. M. P.

De flumine. (Num. I) Aquae de cursui omnes similes sumus. Quamvis magnas inaequalitates homines jacent, in omnibus eadem stirps est, atque haec obscura. Anni, velut undae, illos impellunt, neque currere absunt nisi postquam plus minus obstrepuerint, postquam parum aut diu vixerint, in eandem voraginem veniunt, ubi nec principes nec reges nec ceteri ordines quibus homines dignoscuntur, non secus atque eadem sors adrogantia flumina quae sine gloria laudeque in oceanum immensum eunt, sicut rivulos humiles manet.

Elias MATEU, C. M. P.
Ex V Lat cursu.

Amnis «Tequendama» praeceps aquarum lapsus. Bogotensis amnis — aut Funza — (nec enim quoque appellatur nomine) postquam leniter et lento gradu vastam ejusdem nominis planitiem decucurrit, verso ad occidentem cursu, permeare montes incipit prominentes a parte qua vergit ad occidentem Bogotam euntibus. Hic autem, celerato cursu, undas efficit ingentes, tumescit, spumescitque, fremitque, et per solum delabens primum, momenta in singula velocitatem auget.

Tunc, magna vi decurrit, hic in saxa illiditur, illuc violenter subsilit, strepenter edens fremitum silentio et tranquillitati succedentem.

Voragini ad oram cum pervenit, una ruit in scannum lapideum et se confessim in gurgitem praecepit.

Horrificus strepitus aquarum lapsu effectus, et vortex in alto gurgite visus, animum subito pavore afficit.

Aquae, ubi ruunt, in vapores solvuntur, et magnas in gurgite pressae videntur nubes, quae sensim usque ad caelum adsurgunt.

Johannes a Deo DíAZ, C. M. P.

Bossae in Columbia.

Per orbem

Primam Romani Pontificis Urbi et Orbi ope radiophoniae Marconianae radiatam orationem in PALAESTRA LATINA descriptam perpetuo restare voluimus; ideo textum ejusdem integrum hodie lectoribus offerimus.

Ad universam creaturam

Qui arcano Dei consilio succedimus in loco Principis Apostolorum, eorum nempe quorum doctrina et praedicatio jussu divino ad omnes gentes et ad omnem creaturam destinata est, et qui primi in loco ipso mira sane ope Marconiana uti frui possumus, ad omnia et ad omnes primo Nos convertimus atque hic et infra Sacro Textu juvante dicimus: Audite caeli quae loquor, audiat terra verba oris mei. Audite haec omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem, simul in unum dives et pauper. Audite insulae et attendite populi de longe.

Ad Deum

Sitque primum verbum Nostrum: Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Gloria scilicet Deo, qui dedit in diebus nostris potestatem talem hominibus, ut vere in fines orbis terrae verba eorum pertingant; et in terra pax, ubi pro illo divino Redemptore Iesu legatione fungimur qui veniens evangelizavit pacem; pacem iis qui longe et pacem iis qui prope, pacificans in sanguine crucis suae sive quae in terris sive quae in caelis sunt.

Ad catholicos

Nobis autem ad homines Nos convertentibus preecepit Apostolus, ut operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Juvat igitur Nos istos omnes in primis adloqui, eos nempe, qui utpote in dominicam familiam et in dominicum ovile Catholicae Ecclesiae recepti et viventes Nos dulci Patris nomine conpellant, sacros Pastores et fideles, oves et agnos, quos omnes pascendos et

regendos Nobis concredidit Pastor et Rex omnium Christus.

Ad hierarchiam

Vos, inquit, conlatales Nostros, S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Praelatos et Sacerdotes per diversos hierarchiae gradus sollicitudinum Nostrarum quotidiana- rum objecta preecipua, eosdemque laborum participes et adjutores.

Rogamus et obsecramus, ut unusquisque in ea vocatione qua vocati estis: pascite, qui in vobis est, gregem Dei, forma facti gregis ex animo; ut cum apparuerit Princeps Pastorum percipiatis inmarcescibilem gloriae coronam. Interim autem Deus pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ovium in sanguine testamenti aeterni Dominum Nostrum Jesum Christum, aptet vos in omni bono, ut faciatis ejus voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Jesum Christum.

Ad religiosos

Nunc vos adloquimur, filii et filiae pree dilectionis Nostrae: qui quaeve carismata meliora aemulantes atque in fide sanctissimorum votorum et in religiosa disciplina totius vitae nedum preeceptis sed et desideriis consiliisque divini Regis et Sponsi obsecundantes, Ecclesiam Dei virgineo odore fragrantem facitis, contemplationibus illustratis, orationibus fulcitis, scientia et doctrina ditatis, ministerio verbi et apostolatus operibus in dies percolitis et augetis. Igitur vere caelestis et angelicae vocationis participes, quanto pretiosiorem thesaurum gestatis tanto diligentiores adhibeatis custodiā, non solum ut certam vestram vocationem et electionem faciatis, verum

etiam ut in vobis, tamquam in servis ap-
prime fidelibus et devotis, cor Regis et
Sponsi consolationem et reparationem
aliquam inveniat pro infinitis offenditioni-
bus et negligentia quibus homines inef-
fabilem Ejus dilectionem rependunt.

Ad missionarios

Jam os nostrum patet ad vos, filii et
filiae in Christo carissimi, qui in missio-
nibus orantes laboratis ad propagandam
sanctam Christi fidem et Ejus Regnum
dilatandum. Sicuti Apostoli Ecclesiarum
primi, ita et vos: in periculis, in multa
patientia, in necessitatibus et tribulatio-
nibus spectaculum facti; sicuti illi, ita et
vos gloria Christi; vos qui in laboribus,
saepe etiam in vinculis et in sanguine
vestro usque ad mortem certantes bo-
num et magnum certamen fidei et pas-
sionis atque bonam confessionem confi-
tentes, animas lucrifacitis et futurorum
christianorum semina seminatis. Salvete
strenui milites Christi! Sed et sacerdotes
indigenas ac bonos catechistas, praeci-
puos fructus eosdemque participes labo-
rum vestrorum salvere jubemus.

Ad fideles universos

Cor Nostrum dilatum est ad vos
quotquot estis Urbis episcopalibus Nostrae
et universi Orbis fideles; praesertim autem
ad vos, qui in laicatu constituti No-
biscum et cum venerabilibus fratribus
Nostris Episcopis, cumque sacerdotibus
in apostolatu laboratis, sicuti credentes
primi viri ac mulieres laborabant, quas
propterea Apostolus commendat. Vos
Dei populus et oves pascuae ejus, vos
genus electum, regale sacerdotium, gens
sancta, populus acquisitionis. Igitur mo-
destia vestra nota sit omnibus hominibus
et quaecumque sunt vera, quaecumque
pudica, quaecumque justa, quaecumque
amabilia, quaecumque bonae famae, si
qua virtus, si qua laus disciplinae, haec
cogitate et facite, ut in omnibus honori-
ficietur Deus.

Ad infideles et dissidentes

Ad vos etiam cogitatio Nostra et ora-
tio Nostra convertitur qui a fide et unitate
Christi adhuc abestis. Pro vobis enim
cottidie offerimus preces et hostias Deo
et Domino omnium, enixe petentes ut
luce sua vos illuminet et vos ad oves
quae vocem ejus audiunt adducat et
adjungat, et fiat unum ovile et unus
Pastor.

Iis qui praesunt

Cum autem omnibus debitores simus,
ideo imprimis iis qui praesunt dicimus
ut in iustitia et caritate praesint, in aedi-
ficationem et non in destructionem, sem-
per memores non esse potestatem nisi
a Deo et Deo se rationem in judicio du-
rissimo reddituros.

Iis qui subsunt

Iis autem qui subsunt dicimus ut non
tamquam hominibus sed tamquam Deo
oboedientes sint, scientes quod qui resis-
tit potestati Dei ordinationi resistit; qui
autem resistunt, ipsi sibi damnationem
acquirunt.

Divitibus

Similiter divitibus et pauperibus dici-
mus. Divitibus quidem ut se tamquam
ministros divinae Providentiae et bono-
rum ejus depositarios et dispensatores
existimant, quibus pauperes ipse Chris-
tus Iesus commendavit et a quibus divi-
nus Judex plus repetet quia plura habue-
runt, divini verbi numquam oblii: vae
vobis divitibus!

Pauperibus

Pauperes autem enixe in Domino
hortamur ut ad paupertatem Jesu Christi
Domini et Salvatoris respiciant, atque
exemplorum ac promissionum Ejus me-
memores spiritualium divitiarum faciliorem
ipsis acquisitionem ne neglegant; et etiam
ad meliorem statum, prout eos licet,
enitentes, bono et recto corde commen-
dant se Deo et non extendant ad iniqui-
tatem manum suam.

Operariis et datoribus operum

Operarios et datores operum enixe rogamus, ut non hostili aemulatione et certamine, sed amico et fraterno foedere juncti, hinc copias et directionem illinc operam et industriam conferentes, quod justum est quaerentes, quod justum est dantes, proprium quorumque et commune simul bonum in tranquillitate ordinis operentur.

Afflictis, etc.

Ultimum in executione sed primum in intentione et in affectu cordis, ad vos venit verbum Nostrum, qui in infirmitatibus et doloribus, in aerumnis et tribulationibus estis, maxime qui talia ab ini-
micis Dei et humanae consortionis pati-
mini.

Orationes Nostras et auxilia pro posse
Nostra obferentes, atque omnium cari-
tati vos commendates, in persona, quam
gerimus, Christi vobis dicimus: Venite
ad me omnes qui laboratis et onerati
estis et ego reficiam vos.

Restat ut Urbi et Orbi, atque omni-
bus in eis habitantibus benedictionem
Apostolicam impertiamus, quod et faci-
mus in nomine Patris et Filii et Spiritus
Sancti. Amen.

Responsorium

F. L. *Int.* Velim cognoscere quaenam
sint differentiae inter nostram linguae
Latinae pronunciationem et eam qua
usi sunt veteres Romani.

Resp. Omnes litterae Latinae quoad
substantiam eodem modo pronuntiatae
sunt atque in lingua Hispanica, si ea
excipias quae hic sequuntur:

Vocalis *y=u* Gallica vel *ü* Germanica.

Diphthongi *ae=ai*; ut *Caesar=Kaisar*
eo=oi; ut *poena=poina*.

Consonae *c=k*; ut *cecini=kekini*.
g—semper ut in *ga, ga, gu*
gigas=ghigas (ita Germani).

ngu=ngv: ut *lingva, angvis, ungvis* (ita Germani).

h=adspiratur initio dictio-
nis et post c (*h*), p (*h*), t (*h*)
valide pronuntiando con-
junctas litteras.

j=y consonae hispanae: ut
jacet=*yaket*. conjicio=*con-*
yikio.

qu=kv ut *qui, quae, quod*
=*kvis, kvai, kvod* (ita Ger-
mani).

s=intervocalica atque in fi-
ne dictionis suavis, ut apud
omnes gentes praeter His-
panos in iisque exceptis Ca-
talaunis. Sibilans autem
initio dictionis ante con-
sonas, cum duplicatur.

t semper etiam sequente i
et vocali, ut *ratio=rathio*,
non racio.

v nunquam bilabialis, sed
semper dentilabialis.

z=ds; ut *aromatizo=aro-*
matidso.

Bibliographia

M. Minutii Felicis Octavius-recen-
suit Dr. J. Martin. 86 p. Preis kart.
R. M. 3,60 Bonae Sumptibus Petri
Hanstein. MCMXXX.

Fasciculus est octavus «Florilegium Pa-
tristicum» quod Bernardus Geyer et Johan-
nes Zellinger edere suscepserunt. Textus
aspectui mirifice se praebet tum claris
typis, tum interpunctione quae nullum
offendiculum legentibus offert. Idem ta-
men in orthographyca ratione quadam
inconstantia adolet ingrata (18,8 con-
prehendi—19, 13 comprehendendi: 5, 13
corrumpitur—38, 1 corruptio: 20, 2
inperitorum—27, 8 imperitorum; cetera
haud pauca). In textu constituendo codi-
cisi Parisini, quem fere est secutus, lec-
tiones non rejecit nisi a Latina dictione
posteriorum aetatum prorsus abhorre-
rent; conjecturas recentiorum nisi mera
somnia adjecit. Locos auctorum qui
aliquo modo cum Minutianis possent
comparari a Waltzingo elegit quae essent

alicujus momenti, pauca ipse addidit. Turbatum a Lidnero, Waltzingio, Heitkelio quorumdam locorum ordinem codice traditum restituit omnino Dr. Josephus Martin quod eorum inmutationes vera probabilitate destituerentur. Opusculum nobis paene omnino placet.

Junyer J. S. S., - «Cornelio Nepote».

Texto latino con introducción y comentarios. 307 págs. — «M. T. Cicerón. La Primera Catilinaria». Texto latino con introducción y coment. 61 págs. Librería Salesiana. Ap. 86, Valencia.

Quam libenter videmus apud nos tandem aliquando incoepisse conlectiones classicorum scholares! — Inde sperare licet linguae Latinae instauratio vera quae non per regulas exceptionesque grammaticales, sed per classicorum lectionem eamque explicatam, praecipue obtinebitur. Ritus. Pater Junyer S. S. edidit jam et «De claris viris» Cornelii Nepotis et «Primam Catilinariam» quae quidem alia hujusmodi consequentur opuscula non tantum adulescentibus sed ipsis etiam Latinitatis praeceptoribus utilissima. Quod bene vertat! Ab eo sumus omnino in cavendo potius integritati morum apud ephebos, quam textuum integritati; maxime cum paucorum locorum aut verborum omissione nihil officiat omnino plenae puerorum ad litteras Latinas institutioni.

Pagot Ch. «Le Latin par le joie».

Paris, a l'Oeuvre des Etudes grecques et latines, 47, r. de la Tour (XVI). I. - 25 cahiers.

Ab anno 1927 lente sed feliciter adparrent a Dno. Pagot quaterniones de Grammatica Latina. At de Grammatica, inquam, Latina? «Le Latin par le joie» rerum litteriarum evadit enclopoedia; in illis enim una cum sermone Latino traditur lingua Graeca, Gallica, Hispana, Itala, Germana, Anglicæ; principia atque applicationes phoneticæ, morphologiae,

syntaxis, stilisticae, linguisticae generalis et particularis.

Qui sunt a traditione praeceptores, illi quidem in Dnum. Pagot paedagogi novatoris crimen conferent, at nos qui in methodo doctrinali laudabiles cottidie fieri posse progressus ultro profitemur ei vehementer plaudimus et originalitate et studio quo linguis praesertim Latinam laetanter et quasi per jocum edocet, quae fere fuerat adhuc aridissimo modo tractata.

Ex 30 quaternionibus, 25 jam in publicum prodierunt: reliqui propediem prelo subibunt.

Corcopino, J. «Ostie» Collection des visites d'art. Memoranda. Liv. petit 8, 64 pages 42 plaches.

His nostris diebus libellus ille dupliciter adlicit cum pretio intrinseco tum recordationibus quas suscitat urbs Ostia apud Vergili et Agustini admiratores, quorum centenarius volvitur annus.

Carcopinus omnes, quae de Ostia ejusque historia hodie habentur, mira eruditione tradit notitias. Concise sententiae nihil laedunt rerum integratatem. Ostia illa Caesaris stratis viis, stationibus, aedibus, portuloculenter describitur. Quem ad modum conruit imperium, ita sensim civitas eo usque labitur ut vel ab historiae fastis esset tandem deleta in barbarorum eruptione, nisi ut eleganter adserit auctor Vergiliano ingenio esset aeternata per solum ejus Aeneam Trojanae cohortes inducens.

E. JOVÉ, C. M. F.

INPRIMI POTEST.

Nicolaus García, C. M. F.
Sup. Gralís.

NIHIL OBSTAT

Clemens Ramos, C. M. F.
Censor

INPRIMATUR

Valentinus, Episc.

Typographia F. Camps Calmet. — Tarregae

Libri in Actuaria accepti

- Rehm Walther.** «Der Untergang Roms im abendländischen Denken». Pr. geh. M. 6'5.
—M. 8. Dieterich'schen, Leipzig.
- Arnaldi, F.** «Cicerone». VIII-191 pag, Gius Laterza. Barl.—1929.
- Guilloux, P.** «El alma de San Agustín». Trad. de la 2.^a edición franc. por J. Núñez.-
330 p., 11x16 1/2 cm. Enc. 4 ptas.—L. Gili; 415, Córcega; Barcelona.—1930.
- Janicij Clementis.** «Carmina». Edidit, praefatione instruxit, annotationibus illustravit
Ludovicus Cuiklinski.—LXIII.-324 pag. Typis Universitatis Jagellonicae, Provi-
sore J. Filipouski. Cracoviae.—1930.
- Cognat, R.** «En pays Romain». 282 pag. in 16.-Prix 15 fr.—E. de Boccard, 1, Medicis.
Paris.—1927.
- Kaiser, R.** «Bibliotheca Philologica Classica». Beiblatt zum Jahresbericht über die
Fortschritte der Klassischen Altertumswissenschaft. Band 55, X-240 S. Leipzig,
OR. Reisband.—1929.
- Ciceronis, T.** «Cato M. de Senectute y Laelius de Amicitia», texto de Carlos F. G. Mü-
ller con introducción y notas del P. José Llobera, S. J.—XLII.-201 págs. Ed. Ra-
zón y Fe, Plaza de Santo Domingo, 14. Madrid.—1926.

Curación Externa del Dolor

Lápiz Termosán

Suprime rápidamente el dolor o la congestión, ata-
cando la inflamación. Se presenta en forma de una ba-
rrita de facilísimo empleo. Olor agradable. Se aplica tal
cuál se presenta, sin tener que hacer ninguna preparación
previa.

Se vende en las principales Farmacias al precio de
ptas. 4'25 el tubo. Remitiendo su importe en sellos co-
rreo o giro postal, se manda certificado, dirigiéndose al
Depósito General: Ramón Sala, calle París, 174 - Bar-
celona.

CANDIDATUS LATINUS

Internus ad Linguae Latinae
Studium apud Scholasticos
nostrates colendum Commentarius

Omnes "Candidati Latini" fasciculi qui ab ineunte anno 1928 usque ad 1930 privatim prodiere (12 vi-
delicet fasciculi) pretio veneunt:

Soluti. 10 pessetarum
In tela eleganter consuti. 12'50 "

Petitiones ad "Palaestrae Latinae" Administratorem

NUMMARIA (BANCA) ARNÚS

Fundata an. 1846

Sedes centralis: Plaza de Cataluña, 23
BARCELONA

Omnia pertractantur quae propria sunt
nummariae, bursae, collybi, valorum,
faeneraticiae, gyrorum

Sedes secundariae: Balaguer, Berga, Figueras, Gerona, Granollers, Igualada, Lérida, Manresa, Mataró, Olot, Puigcerdá, Seo de Urgel, Solsona, Tárrega, Tremp, Vich.

Actuariae (Agencias): Agramunt, Artesa de Segre, Bafíolas, Gironella, La Bisbal, Mollerusa, Poble de Segur, Pons, Portbou. *Subactuaria:* Calaf.

SEDES CERVARIENSIS: Vírgenes, 32. - Tel. 29

"LA FIESTA SANTIFICADA"

Folium est parochialibus valde simile, instituens, amoenum, imaginibus coniustratum, quod singulis diebus Dominicis ac Festis de praecepsio prodit. Subscriptionis pretia per annum

A 5 ad 100 exemplaria 1 pesseta in singulas series

Alia de pretio minuendo ad plura quam centum obtainenda exemplaria quaerantur oportet ab:

Arz. P. Claret, 47-Barcelona : Avenida Siglo XX, 74-Zaragoza : Universidad de Cervera (Lérida)